TRACTATVS DE SACRAE SCRIPTVRAE SENSIBVS: IN VIGINTI SEX QVAESTIONES DIVISVS.

QVO QVIDEM IN OPERE, SVMMA BREVITATE, nimia claritate, atque ingenti reſolutione, reperire licebit omnia quæ ad Sacræ Scripturæ ſenſuum, tàm litteralis, quàm ſpiritualis, ſeu myſtici, necnon & accommodatiuij, exactam cognitionem & intelligentiam ſpectant.

AD INCLYTAM SALMANTICENSEM ACADEMIAM.

AVCTORE F. LVDOVICO MIRANDA, ORDINIS D. Franciſci, in Salmanticenſi Conuentu ſacræ Theologiæ Prælectore, & cauſarum ſancti Officij Qualificatore.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA ·

Salmanticæ. Excudebat Antonia Ramirez. Anno M. DC. XXV.

Suma del Priuilegio.

EL Padre fray Luys de Miranda de la Orden de ſan Franciſco, Lector jubilado del Conuento de ſan Franciſco de Salamanca, y Conſultor del ſanto Oficio, tiene priuilegio Real por diez años, para imprimir el tratado de *Sacræ Scripturæ ſenſibus*, como conſta de ſu fecha en Madrid à primero del mes de Iulio, de mil y ſeyſcientos y veynte y vn años, por Pedro de Contreras eſcriuano de Camara del Conſejo de ſu Mageſtad.

ERRATÆ.

PAG. 1. lin. 21. poſsi, leg. poſsit. p. 22. lin. 26. audiat, leg. audeat. p. 36. lin. 20. leg. conſilij ſui. p. 57. lin. 25. leg. omnipotentem. p. 66. lin. 25. leg. dæmones. p. 95. lin. 2. vt in controuerſiam. p. 99. lin. 29. leg. immediatas. p. 100. lin. vlt. leg. aſtutia. pa. 104. lin. 29. leg. comederitis. p. 105. lin. vltim. faciebat. p. 117. lin. 29. le. pertinet. p. 123. lin. 15. dele ex. p. 134. lin. vlt. leg. voces. pa. 149. lin. 4. leg. lætare.

His lapſis correctis conuenit hic liber cum originali.

Corrector M. Gonzalus Correas.

TASSA.

ESTE tratado de *Sacræ Scripturæ ſenſibus*, eſta taſſado por los Señores del Conſejo à quatro marauedis el pliego, el qual tiene veynte y quatro pliegos, que al dicho precio montan tres reales menos ſeys marauedis en papel. Y mandaron que al dicho precio ſe aya de vender y no a mas, y que eſta taſſa ſe ponga al principio del. La qual ſe deſpacho en el eſcritorio de don Fernando Vallejo, en Madrid à nueue de Iulio de 1625. años.

TRACTATVS DE SACRAE SCRIPTVRÆ SENSIBVS: IN VIGINTI SEX QVAESTIONES DIVISVS.

QVÆSTIO I.

Vtrum in Eccleſia noſtra ſancta, ſcriptura aliqua reperiatur, quæ merito ſacra, diuina, atque canonica, dici poßit, & debeat; & quænam ex eiuſdem translationibus ſit ſequenda?

CVM iuxta Ariſtotelis doctrinam 2. poſt. ca. 1. ad debite & ordinate procedendum, in libri ſiue tractatus cuiuslibet tractatione, à ſimplicioribus ſit incipiendum, & qualiber de re prius quærendum, an ſit; poſtmodũ vero quid ſit; qualis, & propter quid ſit; huius noſtri tractatus de Sacræ Scripturæ ſenſibus, primam hãc quæſtionem eſſe volui; an ſcilicet in Eccleſia noſtra ſancta aliqua ſcriptura reperiatur, quæ merito ſacra, diuina, atque canonica dici poſsi; & debeat: acturus poſtea de eiuſdem translationibus, & de omnibus alijs ad eandem, & varios, atque diuerſos eiusdem ſenſus ſpectantibus. In cuius quidem quæſtionis & ſequentium elucidatione, haudquaquã diffuſe nimis procedam, in quorundam Scolaſticorum Doctorum morem (eſſet enim id longiſsima res, & quæ multum temporis atque laboris expoſceret) ſed breuiter atq; ſuccincte, cum magna tamen claritate & diſtinctione, ingẽtique reſolutione, quoad maxime fieri poterit, ſuperfluis omni-